UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXXVII. Bischof Dieterich von Brandenburg bestätigt die Dotation der St. Georgs-Capelle zu Burg, am 18. November 1354.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54716

Visual Library

Actum et datum Seyezere, Anno domini M° CCC° LIIII°, jn octaua aſſumpcionis beate marie noſtro ſub ſigillo.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Burg Nr. 144.

XXXVII. Biſchof Dieterich von Brandenburg beſtätigt die Dotation der St. Georgs-Capelle zu Burg, am 18. November 1354.

In nomine domini Amen. Nos Thidericus, dei gratia Brandenburgenſis Eccleſie epiſcopus, Vniuerſis — volumus eſſe notum, Quod cum diſcreti viri et honeſti Heinricus de Theſen, Thydericus de zeden, Tylo Guen, Nicolaus tolner, Heyno fritzen, Conradus prefecti, Johannes veſe, Simon dorre, fredericus randow, Conſules oppidi Borch, Ob reuerenciam dei et exaltacionem katholice fidei cum conſenſu et plena voluntate domini prepoſiti et ſuorum Canonicorum monaſterii Sancte marie in Magdeburch ac domini thiderici de vtinghe, nunc plebani in Borch, de largicione elemoſinarum quorundam fidelium videlicet trium manſorum in Campo ville nyendorp ſitorum et quatuor iugerum agrorum arabilium ante ualuam Cerwiſtenſem opidi Borch ſitorum et duorum iugerum retro domum infirmorum ſitorum et vnius fertonis Annui Cenſus ſiti ſuper curiam quondam petri grawen citra locum, qui vulgariter Bakeleye vocatur, quandam Capellam extra muros opidi predicti ſitam in honorem ſancti georrii martiris conſecratam condotaſſent; Cupientes vero predicti conſules dictas elemoſinas ſtabilitatem habere perpetuam nobis humiliter ſupplicarunt, vt intuitu dei ſepedictas elemoſinas dignaremur auctoritate noſtra ordinaria confirmare; Nos vero dignis ac firmis eorum precibus fauorabiliter inclinati ac diuinum cultum in hac parte aucmentare volentes, Sepedicta Bona predicte Capelle dotis nomine aſſignata et dotata approbamus et confirmamus et preſentibus auctoritate noſtra ordinaria in dei nomine confirmamus, Ita quod predicta Bona deinceps ad ſeculares vſus redire non debent, iure tamen opidi Borch predicti in exactionibus ſeu aliis quibuscumque iuribus dicti opidi debitis et conſuetis ſemper ſaluis, ſub interminacione anathematis inhibentes, ne quis ſepedicta Bona contra juſticiam et indebite moleſtare preſumat. Si quis vero eadem bona agrauare, moleſtare ſeu impedire preſumpſerit, Indignacionem omnipotentis dei atque noſtram ſe nouerit grauiter incurſurum. Predictis vero conſulibus opidi Borch et eorum perpetuis ſucceſſoribus de iure patronatus dicte Capelle quocienscumque et quandocumque eam vacare contigerit noſtra auctoritate ordinaria prouidemus et ipſum ius patronatus ipſis predictis Conſulibus preſentibus reſeruamus nunc et perpetuis temporibus quiete et pacifice poſſidendum. Inſuper volumus, quod idem miniſter ſeu presbiter predicte Capelle, qui pro tempore fuerit, in vino et candelis ad vnam miſſam de die in diem celebrandam ſibi competentibus de Bonis predicte Capelle aſſignatis ſibi ipſi prouidebit. Scolaris vero ſeu Cuſtos predicte Capelle miniſtranti per vitricos predicte Capelle de ſuo ſallario appreciabitur competenter. Oblaciones vero ſeu votiue, ſi que ad capellam vel ipſius altare uel ad manus presbiteri et rectoris eiusdem fuerint exhibite et delate, plebano in Borch, ne ipſum contingat in iure parochialis Eccleſie defraudari, ſine diminucione qualibet preſententur et idem rector vel eius vicarius plebanum predictum poſt inſtitutionem a nobis obtentam accedat promittendo eidem ſeruare fidelitatem juris parochialis eccleſie de votiuis et oblacionibus ſupradictis. Nos igitur Thidericus, dei gratia Epiſcopus ſupradictus, diuinum cultum augeri

volentes omnia et ſingula premiſſa grata et rata habentes ea laudamus, approbamus et auctoritate noſtra ordinaria Honorabilium uirorum dominorum prepoſiti atque prioris ac tocius capituli eccleſie ſancte Marie in Magdeburch ordinis premonſtratenſis nec non domini Thiderici vtinghe plebani in Borch eiusdem ordinis cum Conſenſu ac Beniuola voluntate accedentibus In nomine domini preſentibus confirmamus. Datum Seyezere Anno domini M. CCC. LIIII°. in vigilia Beate Elyzabet uidue noſtro ſub ſigillo.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Burg Nr. 9.

XXXVIII. Markgraf Ludwig der Römer verleiht an Eliſabeth von Krakow gewiſſe Hebungen im Dorfe Falkenhagen, am 14. Mai 1356.

Wi Ludewig der Romer etc. bekennen etc., Dat wi der erbar iungvrouwen vorn ylſebethen von krakow ghelighen hebben vnd vorlihen dry ſtugken ierlekes geldes tu valkenhagen in erme gude der gruwelhuden, die ſie der vorghenanten vorn Ylſebethen vor vns met willen vorlathen hebben tu enen rechten lifghedinghe, die wile ſi leuet, vredeleken tu beſittende vnd wan ſi erſteruet, ſo ſcholen die vorghnanten dri ſtugken geldes wider den gruwelhuden ledich vnd los ſin. Met orkund etc. Preſentibus haſſone curie magiſtro, Breidow kamerario, grıfko marſchalko, Rochgow iudice, kokeritz, militibus, Thiderico Morner prepoſito etc. Datum Berlin, anno LVI[to]. ſabbato ante dominicam Jubilate.

Nach dem Copialbuche des M. Ludwig I. betr. die Voigteien Berlin ꝛc. Nr. 60. — Mit falſcher Angabe des Orts der Ausſtellung in Gercken's Cod. VI, 521.

XXXIX. Markgraf Friedrich von Meiſſen, Herzog Magnus von Braunſchweig, Graf Dieterich von Hohenſtein und Friedrich von Schönenberg bekunden, daß Schenk Albrecht zu Landsberg des Markgrafen Ludwig von Brandenburg und des Herzogs Rudolph von Sachſen Streitigkeiten über Trebbin, Bärwalde und Brück entſchieden habe, am 20. Mai 1357.

Wir Friderich, von gots gnaden Marggraue zcu Miſsne, Magnus hertzoge zcu Brunſswigh, Tyterich Graue zcu Hoghenſteyn vnd Friderich von Schonenbergh, Bekennen offenlichen, Daz wir dar by ſin geweſt vnd gehort haben zcu Wittenbergh Nach criſts gebord vierczende halb hundert iar in dem ſibindem iare, am vritage nach vnſes herren hymeluart, Das der Edele man Schenke Albrecht zcu Landeſbergh vnd herre zcu Tuptz die hochgeborn furſten hern Ludwig dem Romer, Marggrauen zcu Brandenburgh, vnd hern Rudolffe, hertzogen zcu Sachſſen, vmme die veſten Bernwald, Trebyn vnd Brugge entſcheiden hat in al der wiſe, als hir nach geſchriben ſtat. Wiſſentlich ſi allen, di dieſen brif ſehen vnd horen leſen, das wir ſchenke Albrecht von Landeſbergh, herre zcu dem Tuptz, Bekennen